

Caput in Latio, cum omni Albana re ei relinquentes; ipsos autem Cupido locorum, ubi expositi educatiique fuerant, cepit, novæque urbis ibidem condendæ secum animis agitabant mœnia. *V. Livium tib. I. c. 5. §. 6. Plutarchum c. I. Dion. Halicar. ex Fabio cap. 82, 83. & seqn.*

§. VI. Gemini erant: uter auspicaretur, h. e. nomen urbi daret, ac imperaret colonis, quorum plerique pastores, æqualibus olim suis certatim nomina sua dederunt, adhibuere piacula. (De cuius vocis significatione, quid h. l. denotet, Præter alios edocet ad Florum *Illust. C. C. Lib. B. à Blumenthal de Rom. p. 47. 48.* Remus, montem Aventinum occupans, sex vultures; Romulus autem Palatinum, postea duodecim videns, victor augurio habitus est, urbemque anno ætatis decimo octavō excitat, plenus Spei, bellatricem eam fore. Ad tutelam novæ urbis vallam & fossam, quæ urvo h. e. aratrō designari solebat, sufficere videbatur, à quo instrumento & Urbs primū, sicuti etiam porta ipsa ex eo dicta, quod Urbum, quæ exitus patere debeat, attolli & portari soleret, nec Sulcus duci pergeretur; hinc quoque factum à posteris, ut qui urbem exscindere funditus ac delere vellent, aratum, per quod civitas esse designebat, in eâ ducerent, notwithstanding *Illustr. Cbr. Casp. L. B. à Blum. in Romul. p. 53, 54. Dn. Job. Rawe Hist. R. Imp.* Remus de principatu cedens Romulo, post mœnia condita, indignatus, quod dolō in auguriō esset circumventus dixit: *Hos muros vestros non difficulter hostis aliquis superaverit, sic ut nunc ego.* Dicto, muros transiliit. Ast Fabius Celer, Centurio & murorum præfectus in muris stans subjecit: *Sed istum hostem non difficulter nostrum aliquis propulsaverit:* Moxque inficto in Caput rastrō Remum exanimavit, testibus *Dion. Halicarn. c. 90. Fenestella lib. 2. c. 2. p. 43. Ovidio l. 4. Fastor. a f. Asconio cap. I. Dubium an jussu fratris? juxta Florum l. I. c. I. §. 8.* Qui tamen iratus dicitur Remum interfecisse, verba quoque increpantia adjiciens, quæ *Livius l. I. c. 7. narrat.* Prima certè victima fuit: munitionemq; urbis novæ, Sanguine suo consecravit. *Cicero l. 3. de off. n. 40 & 41.* Romuli animum Speciem utilitatis impulisse scribit, Cum ei visum esset utilius, Solum se, quam cum altero regnare, fratrem interemisse. Subjungitque hæc mox Verba: *Peccavit igitur pace vel Qui. rini, vel Romuli dixerim.* Atque ita profanis regibus multæ leges